Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



terrentes dicat Heccine è
illa iesabel. Capitulum decimum
Erant autem ahab lxx
filij in samaria. Scripsit autem hieu litteras
et misit in samariam ad principes
ciuitatis, et ad maiores
et ad nutricios ahab dicens.
Statim vt acceperitis litteras has
qui habetis filios dni vestri
et currus et equos, et ciui
tates firmas et arma, eli
gite meliorem et eum qui pla
cuerit vobis de filijs dni vestri
et ponite super solium patris sui
et pugnate pro domo dni vestri.
Timuerunt illi vehementer
et dixerunt, Ecce duo reges
non potuerunt stare coram eo
et quomodo nos valebimus re
sistere. Miserunt ergo qui pos
ti domus et prefecti ciuitatis
et maiores natu et nutricij
ad hieu dicentes, Seruus tui
sumus. Quicquid iusserit fa
ciemus, nec constituemus re
gem. Quodcumque placuerit tibi
fac. Rescripsit autem eis secun
das litteras dicens, Si mei estis
et obedietis michi, tollite ca
pita filiorum dni vestri, et venite
ad me hac eadem hora
cras in iezrahel. Porro
filij regis lxx viri erant
optimates ciuitatis nutrie
bant. Cumque venisset hec ad
eos, tulerunt omnes filios regis
et occiderunt lxx viros, et po
suerunt capita eorum in cophi
nis, et miserunt ad eum in
iezrahel. Venit autem nuncius
et nunciauit ei dicens, Al
tulerunt capita filiorum regis.
Quibus ait, Ponite ea ad
duos aceruos iuxta introitum
porte vsque mane. Cumque di
luxisset egressus est, et stans
dixit ad omnem plebem, Iusti
estis, Si ego conspiraui aduer
sum dominum meum, et interfeci eum
quis percussit omnes hos? Vi
dete ergo nunc quomodo non
cecidit de sermonibus domini
in terra, quos locutus est dnus
super domum ahab, et dominus
fecit quod locutus est in manu
serui sui helie. Percussit
igitur hieu omnes qui reliqui
erant de domo ahab in iez
rahel, et vniuersos optima
tes eius, et notos, et sacer
dotes, donec non remaneret
ex eo reliquus. Et surrexit
et venit in samariam. Cum
ergo venisset ad cameram pastorum
in via, inuenit fratres ahazie
regis iude, Dixitque ad eos,
Cui nam estis vos? At illi re
spondent fratres ahazie, sumus
et descendimus ad salutan
dos filios regis et filios
regine. Qui ait, Comprehendite eos viuos. Quos
cum apprehendisset viuos, iugu
lauerunt eos in cisterna iuxta
cameram id est duos viros, et
non reliquit ex eis quisquam.
Cumque abisset inde inuenit
ionadab filium rechab in occur
sum sibi, et benedixit ei, et ait
ad eum, Numquid est cor tuum
rectum sicut cor meum cum cor
de tuo? Et ait ionadab, Est.
Si est inquit da manum tuam.
Cui dedit ei manum suam. At
ille leuauit eum ad se in currum.
Dixitque ad eum, Veni mecum
et vide zelum meum pro dno

Et in domum